

**Disputatio physiologica inauguralis quaedam de generatione complectens  
/ Quam, annuente summo numine, ex auctoritate ... Nicolai Georgii  
Oosterdyk, Joann. Fil. ... pro gradu doctoratus ... eruditorum examini  
submittit Jacobus Eduardus Smith ... ad diem XV Julii MDCCCLXXXVI.**

### **Contributors**

Smith, James Edward, 1759-1828.  
Oosterdyk, Nicolai Georgii.  
Rijksuniversiteit te Leiden.

### **Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Apud Fratres Murray, 1786.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/y9fekcrq>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>





ACCESSION NUMBER

311090

PRESS MARK

SMITH, J.E.

**D I S P U T A T O R I  
P H Y S I O L O G I C A.**

Q U A E D A M

**DE GENERATIONE  
COMPLECTENS.**

О Т Е Л Т У П А Ж  
К О Г О З О Г У Р С

М А З А К Б

Д Е Г Е Н Е Р А Й О Н  
С О М П Л Е Т И

*DISPUTATIO PHYSIOLOGICA  
INAUGURALIS.*

QUAEDAM

**DE GENERATIONE  
COMPLECTENS.**

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

*EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,*

**NICOLAI GEORGII OOSTERDYK,  
JOANN. FIL.**

*MED. DOCT. MEDICINAE THEORETICAE ET PRACTICAE,  
PROFESSORIS ORDINARII;*

N E C N O N

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,  
& Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto,*

**PRO GRADU DOCTORATUS,**

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis  
rite ac legitime consequendis,

*Eruditorum examini submittit*

**JACOBUS EDUARDUS SMITH,**

A N G L U S.

*Soc. Reg. Lond. nec non Med. Edin. Socius, Soc. Nat.  
Stud. Edin. Praeses annuus.*

*Ad diem xv. Julii MDCCLXXXVI H. L. Q. S.*

---

LUGDUNI BATAVORUM,  
APUD FRATRES MURRAY,  
MDCCCLXXXVI.



311096

SPECTANDIS VIRIS,  
CONDISCIPULIS CARISSIMIS,  
**GULIELMO THOMSON,**

MED. BACCALAUREO,  
EX AEDE CHRISTI ALUMNO, & PRAE-  
LECTORI ANATOMICES  
IN ACAD. OXONIENSI;

*SOC. REG. LOND. MED. ET NAT. STUD. EDIN. SOCIO:*

N E C   N O N

**ROBERTO BATTY,**  
E CORPORE CHIRURGORUM LONDINI

*SOC. MED. ET NAT. STUD. EDIN. SOCIO:*

*Gratissimo funetus munere,*

*Tentamen hoc physicum (qua-  
le quale sit) offert in  
memoriam sui*

JACOBUS EDUS. SMITH.

Digitized by the Internet Archive  
in 2018 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30375873>



## P R A E F A T I O.

**D**e materia pro dissertatione inaur-  
gurali diu haerebam. Morbi sci-  
licet alicujus historiam adumbra-  
re yellem; non, ut saepe accidit, dissertatio-  
nem ex auctoribus practicis vel theoreticis, si-  
ne ullâ propriâ experientiâ, componere; sed  
aliquid novi, quamvis fortasse levis, offerre de  
morbi theoriâ vel medelâ: quaedam de catarrho  
dicere, tum de aliis aliquibus phlogisticis, ut  
dicuntur, morbis, in animo fuisse profiteor.  
Quum vero systematum historiam pathologico-  
rum, summamque illam obscuritatem quae scien-  
tiam medicam jam inde a majoribus obumbra-  
ret, animadvertissem, hujuscemodi disquisitio-

nes aggredi minime ausus sum. Nullum ardorem ad arcana astrologica, Hippocrate duce eruenda; neye ullum ad ineptias Galenicas de frigidis & calidis, siccis humidisque amplectendas studium, in animo expertus sum. Nugas theoreticas, aeternae optimi Sydenhami paginae dedecora, lubenter delevissim. Experienciam, non totam vero theoriam, illustrissimi Boerhaavii miratus sum; neque profecto Linnaeo „Hypothesin suam novam de febrium intermittentium causâ“ invidi.

Vix magis me allexere recentissimorum theoriae: nec inter omnes auctores medicos inventi cuius laureolas optarem, nisi rarissimas illas e naturae sedulâ scrutatione fidâque observatione acquisitas. Sed haec canitiei ornamenta votis imperiti juvenis concedi vix sperarem. Quid igitur mihi restat? Conatus quidem sum de re generationis, prout omnibus aequaliter obscurâ, paucula quaedam hinc inde sumptâ

pro-


*proferre; ex quibus potius apparebit quantum  
nescimus quam quantum scimus de mirabilibus  
naturae in corpore viventi arcanis.*



III ОІТЛЕДЯ

Більшість зу дінів погані  
зі шкіркою є зі шкірою  
зі скінною зі скінною





*DISPUTATIO PHYSIOLOGICA*

D E

**GENERATIONE.**

I.

**N**aturalia quae in tellure occur-  
runt plerumque in tria Natu-  
rae regna distribuuntur; Lapi-  
deum nempe, Vegetabile & Animale.

2.

Horum prius a duobus alteris facillime  
dignoscitur, organisationis vitaeque defectu.

A

La.

## 2 DISPUTATIO PHYSIOLOGICA

Lapides crescere feruntur. Accrescunt tamen solummodo ex materiae ab externo depositione, non ut Animalia vel Plantae nutrimenti ope, a vasis internis, magis vel minus compositis, ad omnem partem delati.

3.

Ab animalibus primo intuitu, vegetabilia facillime dijudicanda existimentur; anceps tamen haereo an vera sit distinctio.

„Vegetabilia crescunt & vivunt. Animalia crescunt vivunt & sentiunt”, dixit Linnæus in Philosophiâ Botanica. Sed quomodo novimus plantas prorsus sensu carere? Irritabilitati certissime obnoxia sunt, ut demonstrant Berberis, Apocyni, Syngenesiarumque variarum stamina, nec non Mimosæ folia. Motum spontaneum etiam plantis inesse suadent Parnassiae, Rutaæque impregnatio, Valisneriae phaenomenon stupendum. Argumentum etiam non mediocre sumendum est ex foliorum motu in Helysaro gyranti.

Vc-

Vegetabilia loco motivitate gaudere vix dici potest; neque omnia quidem animalia. Exemplum praebent Taenia in intestinis fixa, Zoophyta variæ saxis radicata, quae sine ullo voluntario motu in aeternum quiescerent, nisi aliquando haec undae, illam astrictio relaxatioque intestinalium, motione, non suâ, uti cogerent.

Defectus ventriculi in plantis a quibusdam pro certissimo discrimine declaratur. Sed Taenia etiam ventriculo caret; aortam enim ex ore incipientem unice jactare docet Clariss. MONRO in Praelecti-  
nibus anatomicis.

## 4.

Vegetabilia, aequæ ac Animalia, ope organorum quæ sexualia vocamus propagantur.

In animalibus perfectioribus dictis, quadrupedibus nempe, avibusque, propagationem factam esse per generationem solam notissimum est. Ne-

#### 4 DISPUTATIO PHYSIOLOGICA

que hoc minus certe in insectis, piscibus & forsan amphibiis, accidit. Pari ratione dicimus quod omnes plantae floribus sive organis generationis praeditae, horum ope propagantur. Et quoniam haec organa in omnibus vegetabilibus quae rite examinandi facultas concessa fuit, reperimus, ex analogia colligimus, omnia vegetabilia sexuali generatione propagari.

#### 5.

Omnia fere Vegetabilia alio etiam modo sepe propagandi gaudent, gemmis nempe e radice vel caule ortis, quae casu vel arte a caudice parente separatae, novam formant plantam, progressu temporis generationi aptam.

#### 6.

Quaedam animalia e vermium ordine eodem modo propagantur. Ex corpore parentis, gemmae undique oriuntur, sponteque

ex

ex illo discedunt, & perfecta fiunt animalcula.

7.

Cognitio generationis sexualis optime ex observatione animalium majorum, nec non plantarum floribus felicioribus praeditarum petenda.

8.

In utrisque bina sunt organa quae hoc officio funguntur, quorum differentia sexus differentiam constituunt.

9.

Faeminei sexus organa intus in se fovent prolis rudimenta, adhuc inanima; Masculi autem materiem peculiarem producunt, à vi cuius stimulanti & nutrienti vita & incrementum tenellis dantur embryonibus.

A 3

Vide

## 6 DISPUTATIO PHYSIOLOGICA

Vide Halleri Mémoires sur la formation du cœur dans le Poulet, &c., Bonnet sur les Corps Organisés, Spalanzani Experimenta, &c.

zo somitā annuxit 10. iste nō dicitur  
Hoc sūt mētōs tūlūtis tūlōvīdō

In Animalibus species hermaphroditica vix occurrit; & licet subinde in eodem individuo organa mascula & faeminea inveniantur, vix tamen per se παιδοποιαν confidere queant, sine amatore hermaphrodito.

Exemplum sūtunt Helices plures vulgares; sed aliter in Aphidibus se res habet.

Vide Bonnet sur les Corps Organisés.

### II.

Vegetabilia e contrario plerumque hermaphrodita sunt. Organa eorum mascula, quae stamina antherifera dicuntur, plerumque in eodem flore una cum organis foemineis (pi-  
stil-

stillis) collocantur; pistilla autem in suo flore conclusa, pollen (sive farina faecundans) ex antheris emissum maxima ex parte faecundat. At non haec solum; nam per aëra pollen libere vagum, non illis omnino proprium dicatur.

In multis vegetabilibus stamina valde pistillis numero superant, ut in Capparide, Theâ &c.; nec ullum cum seminum numero rationem habent, ex gr. in Tiliâ, Mammeâ, &c. In aliis pistilla & semina longe staminibus numerosiora sunt, ut in Myosuro, ubi paucissima haec vix ad impregnationem tot faeminarum sufficere videntur.

## 12.

Animalium pauca monogama sunt, ut Homo; sed plura polygama, ut Bos, Ovis, ubi mas singulus ad impregnationem numerosissimi faeminarum gregis sufficiat. Inter Vegetabilia vix exemplum verae monogamiae

de-

## 8 DISPUTATIO PHYSIOLOGICA

deprehendi potest, nisi forsitan in Hippuride, & plantis scitamineis monandris.

13.

Neque actio pollinis vagi alicujus plantae, plantis ejusdem speciei impregnandis semper cohibita est; hinc inter affines saepe partus hybridus, & ex mente Linnaei plures, quas credimus species distinctas esse, hoc modo aliquando ortae sunt.

Vide Linnaei Disquisitionem de sexu Plantarum, & Diff. de Plantis Hybridis, Amoen. Acad. Vol. 3, ubi Genera etiam hybrida memorat illustrissimus ille auctor.

14.

Inter insecta etiam adulteria conspicuntur, & forte inter alia animalia conspici possint.

Exem-

DE GENERATIONE. 9

Exempla reperienda inter Chrysomelas & Coc-  
cinellas.

15.

Pollen foecundans plantarum e granulis  
sive capsulis constat, quae quamdiu siccae  
fuerint, inertia manent; sed si forsan rorem  
pistilli attigerint, dissiliunt, & vi elasticâ ex-  
halationem prolificam per stylum ad semi-  
num rudimenta demittunt.

Pollen integrum non intrare per stylum abunde  
probatur ex inspectione Amaryllidis formosissimae.  
Tulipae, Mirabilis, nec non Hibiscorum, Malva-  
rum, Liliorum, &c.

16.

Sic fluidum seminale animalium maximâ  
ex parte vehiculum solum esse videtur; nam  
quicquid emissum fuerit, ab organis foemi-

B

neis

## 10 DISPUTATIO PHYSIOLOGICA

neis fere prorsus rejicitur, nec ovaria attin-  
gere potest.

17.

Experimenta adhuc celebrata, praecipue  
chemica, ad naturam feminis animalium de-  
tegendarum omnino fere inania videntur.

Inter haec maxime dubia sunt illa celeberrimi  
Comitis de Buffon, e vesicularum seminalium li-  
quore, qui ex parte tantum vehiculum feminis est,  
instituta.

18.

Semen ex omnibus partibus corporis ela-  
boratum vel elicitorum esse, valde ridenda  
est opinio.

Nec anatomiae nec legitimae physiologiae, mon-  
striferæ autem theoriae hoc dogma tribuendum est.

Ex illis enim discimus semen masculinum e mole-

san-

## DE GENERATIONE. II

sanguinis, aequae ac alios humores, secerni. Quicquid enim ex illis collegimus de seminis origine vel phaenomenis, quo magis illud esse ex toto corpore contractum, vel ad generationem aptum, pari jure de urinâ, vel muco narium fauciunque affirmari potest. Secernitur nempe e mole sanguinis duabus parvis arteriis, quarum ora, a corde longe remota pauxillulo tantum sanguinis obvia sunt, & faciem praese fert a muco non valde diversam. Nil miror illam quam hodierni respuimus de semine opinionem olim acceptam fuisse, cum circulatio sanguinis, vasa absorbentia, nervorum usus & natura, atque animati corporis structura (quae ab internâ transudatione longissime abhorret) e tenebris nondum emerfissent: sed quanto stupore afficimur cum in hypothese clarissimi Buffon hoc dogma de industria memoratum legimus!

19.

Praescripta qualiacunque ad liberos alterutrius generis, sive masculi sive foeminei,

B 2

pro

## 12 DISPUTATIO PHYSIOLOGICA

pro arbitrio procreandos, omnino futilia & improbanda sunt.

Si, ut supra proposuimus (sec. 9) organisatio foetus primaria a matre deriuetur; si primae ejus lineae in ovario virgineo latentes, nihil nisi stimulum semenis masculini a quo animentur exspectant; semen nihil ad sexum foetus determinandum, (qui a conformatione illâ maternâ primaria pendet quâ embryones masculi a foemineis differunt,) efficere valeat. Probabile est ovarium singulum ova aliquot cuiusvis sexus continere, ut plantae monoicae in eodem individuo flores masculos & foemineos producunt. Hinc omnino fortuitum esse oportet utrum masculum an foemineum ovum ab halitu semenis impregnatum sit, nec ullo consilio aut arte halitus iste ad hoc vel illud potest dirigi.

8

20.

Stimulus vel actio semenis masculini in o-

vum

vum minimè ad foetum maturandum sufficit, qui omnino, post primam impregnationem, a viribus pendet maternis. Si plura fuerint ova impregnata, tot embryonum nutritionem fuscipit natura, quot hae vires ad perfectionem ducere valeant.

Hujus exempla quaedam in genere humano retulere auctores, sed minus certa; Vide Pouppe Desportes, „Hist. des Maladies de San Domingue”.

In plantis exempla plurima reperienda; nullibit tamen manifestiora quam in Coffeâ arabicâ (in regione *Yemen* dictâ) spontaneâ, cuius flores unicum tantum semen perficiunt, vix unquam duo, quamvis in altis rupibus, ventis ab omni parte expofita crescat, loco foecundationi benigno, sed solo sterilissimo. — Cautio haud absimilis naturae videri potest in Hordeo sativo, in campis arcticis culto, nec non in Lathyro odorato, plantâ indicâ hortorum europaeorum hodie gratissimo ornamento; in utrisque flores superiores etiam ante impregnationem semper marcescunt.

## 14 DISPUTATIO PHYSIOLOGICA

21.

Actus generationis magnâ cum excitatio-  
ne systematis nervosi comitatur, praecipue  
in animalibus perfectioribus; in ordinibus  
inferioribus, vermis scilicet, si adsit, nos  
haec tenus fecellit, neque in plantis ulla ejus  
indicia videmus. Vis ejus nullam cum mo-  
le relativa cerebri, vix cum solertiâ anima-  
lis habet rationem.

Insecta quaedam, quibus nullum adest cerebrum  
(quamvis magna tamen sagacitas) admodum sala-  
cia sunt, adeo ut saepe ex uno actu mas omnino  
exhaustitur & miserrime perit, ut in Gryllo. Ho-  
mo, quamvis omnium animalium maximâ pro cor-  
poris magnitudine cerebri mole praeditus, pluribus  
animalibus, quoad aestum venereum, videtur ce-  
dere.

22.

Tabes dorsalis, cum aliis nimiae venereae  
indulgentiae effectibus, isti nervorum exci-  
tationi unice tribuenda.

Quantam operam & oleum perdidere auctores  
qui antiquam istam pathologiam humoralem am-  
plexi sunt, in explicando hoc phaenomeno! Hip-  
pocrates, vagae cuiusdam theoriae causâ, quâ se-  
men e medullâ spinali derivari finxit, hunc mor-  
bum tabem dorsalem nominavit, & symptomata  
ejus ad injurias quasdam huic organo illatas, re-  
tulit. Sequentes auctores, divi senis miro acumi-  
ne pratico inducti, theorias ejus praepropere in-  
secuti sunt. Hinc de desiccatione corporis, nec  
non de lumborum tabe, ad hunc usque diem ali-  
quando audimus: deinde ortae sunt hypotheses de  
femiâ ex omni quidem particulâ corporis fecre-  
to, qua ratione totum corpus ex illius profusio-  
ne marcescere facile credebatur. Pathologi tandem  
recentiores, & inter eos optimus ille Tiffet, quam-

## 16 DISPUTATIO PHYSIOLOGICA &c.

vis non prorsus verba Hippocratica rejicit, tabis ejus dorsalis causam magis philosophice nec non magis simpliciter explicare conatus est, nempe ex magna ob coitum systematis nervosi irritatione: Ingeniosissimus & celeberrimus Johannes Hunter hanc opinionem strenue amplexus est, & etiam afferuit labefactionem corporis nullam oriri ex merâ seminis effusione absque incitatione venereâ.

Hanc hypothesin de nimii coitûs operandi modo confirmat ejusdem effectuum praecipuorum contemplatio. Nervos omnes & sensûs organa, oculos scilicet auresque maxime debilitat. Irritabilitatem auget. Ventriculo, cuius sanitas a firmitate systematis nervosi quam maxime pendet, & qui ex illius languore saepe mirifice turbatur, varias adfert affectiones morbosas. Dolores lancinantes capitis frequentes sunt. Memoria minuitur, confunditur. Postea supervenit Syncope, Spasmi, Epilepsia, Paralysis, Caecitas, Mors.

X A X U M.

THE

# T H E S S.

I.

*Qui historiam naturae, naturae etiam Creatorem ille colit.*

2.

*Omnis motus vitalis in nervis insitus est.*

3.

*Perosteum sanum vix sensibilitate gaudet.*

4.

*In corpore viventi transudatio nulla esse potest.*

5.

*In cadavere transudatio universalis est.*

6.

*Nomenclatura anatomica castigatione quam maxime egit.*

Nec rubeola nec variola semper phlogisticus  
morbus est.

8.

Medicamentorum e regno animali paucissima  
utilia, e regno minerali pauca & periculo-  
sa, e regno vegetabile egregia & multifa-  
ria desumi possunt.

9.

Pharmacopaeis fere omnibus multa expungenda,  
multa etiam addenda, vidit sana & docta  
observatio.

10.

Pharmacopolis botanices insciis ne nimium me-  
dicus crederet.

C ~ ~ ~

